

## Tempore

209

Cum esset .80. annoꝝ ⁊ iussu anthiochi regis cōpellerēt carnes  
 porcinas comedere. Rūdit nō est dignum vt maculam atq; exe-  
 crationem mee senectutis acquirā nam et si in presentī tempe sup-  
 plicis hominū eripiar sed manus dei omnipotentis neq; vūens  
 neq; defūctus effugiam. Bonū est igit hīni vt corrigamus nos  
 anteq̃ p̃ dei potentiam puniamur. **S**ecundus panis est do-  
 num intellectus. Iste panis roborat nos ad cognoscendā familiā  
 dñi nostri viz angelos ⁊ beatas animas que sūt in p̃ria in quibz  
 tria intellectus oculo videre dēmus viz mūdicie claritatē cōcordie  
 vniformitatē ⁊ pacatissimā caritatem. De p̃mo dicit aplus. 1. ad  
 Coꝝ. 15. Alia claritas solis et alia claritas lune et alia claritas  
 stellaz. Stella em̃ differt a stella in claritate sic ⁊ resurrectio mor-  
 tuozū. De qualibet etiā felici aīa que cū dño requiescit d̃ Sap. 10  
 Dedit illis dñs claritatem eternā. Item ad Phil. 3. Saluatoꝝ ex  
 pectamus dñm n̄m ih̄m xp̄m qui reformabit corpus humilitatis  
 nostre cōfigurātū corpe claritatis sue. De sc̃do sc̃z de cōcordia an-  
 geloz ⁊ animarū sanctaz dicit Job. 25. Qui facit concordiam in  
 sublimibus suis Item Ecclesiastica. 25. In tribz placitū est spiritui  
 meo que sunt pbata coram deo ⁊ hoībus. Concordia fratꝝ ⁊ san-  
 ctozum angeloz ⁊ amor primoz ⁊ omnium electoz ⁊ vir ⁊ mu-  
 lier sibi cōsuetos ⁊ spūs ⁊ caro q̃ optime sibi cōsuet in patria.  
 De tercio sc̃z caritate angeloz ⁊ animarū sanctaz dicit. Joh. 1. c. 4  
 Deus caritas ē ⁊ qui manet in caritate in deo manet ⁊ deus in eo  
 Angeli ⁊ sancte anime manent in deo ergo habent p̃fectissimam  
 caritatem. Bonum est ergo hīni vt ⁊ nos in hac vīta per mentis  
 ⁊ corpis mundiciā p̃ pacis cōcordiam ⁊ p̃ caritatez mutuam ad  
 angeloz ⁊ sanctoz animaz cōsuetū puenire laboremus. **T**  
 Tercius panis est donum consilii Cognito em̃ creatore nostro ⁊  
 familia creatoris vt ad eundem creatorem n̄m ⁊ suam familiam  
 perueniamus tria nobis consulit iste panis. primum est vt mala  
 fugiamus. secundum vt bona faciamus. terciū est vt oculū spei  
 semper in dño fugiamus. De his tribz dicit in ps̃. 33. Diuerte  
 a malo ⁊ fac bonum. sequitur. Oculi dñi sup iustos ⁊c. Debemus  
 igitur primo diuerrere ab omni malo quod committi potest vel  
 corde vel opere vel ore. Secundo facere debemus omne bonū quod  
 scimus deo gratum existere ⁊ quo possumus animaz nostrarum  
 saluti proficere p̃ quod etiā possumus primoz nostroz vtilitatez  
 efficere. Tercio debemus oculum spei semp in deum figere qz oculi  
 dñi sup iustos vt viz reddat eis mercedem laborum suozū. Vnde  
 Ecclesiastica. 11. Benedictō dei in mercedem iusti festinat **Quartus**  
 panis est donum fortitudinis. Per hunc panem accipimus robur